

C A P U T V I I .

Remedia ad Coli dolorem.

ET si laxius intestinum dolere consuevit , quod $\kappa\omega\lambda\sigma\nu$ nominant , cum id nihil nisi genus inflationis sit , id agendum est , ut concoquat aliquis , ut lectione , & aliis generibus exerceatur. Utatur balneo calido , cibis quoque & potionibus calidis , denique omni modo frigus evitet , item dulcia omnia , leguminaque , & quicquid inflare consuevit.

De quo
doloris
colici
genere
Celsus
agat.

¶ Non de eo colici doloris genere C E L S U S hic agit , quem laxioris intestini inflammatio , aut facta ab acribus excrementis erosio movet , sed qui causam sequitur frigidam , sive crudus

aliquis vapor intestini membranas distenderit, sive etiam præfrigidus humor, qualis ante omnia, vitrea pituita est, sua qualitate violentia perstrinxerit. Scilicet inæqualis intemperies novissimam hanc doloris speciem Authore GALENO efficit, quem idem in se ipse acutissimum expertum narrat, Colo vitrea pituita obfesso. Neque verò est quod magnopere quis miretur tam atroces dolores intestinis accidere posse:

Nam horum tunicæ quia ex villis nervaceis constant, exactissimum tactus fortitæ sunt sensum, qui sensus sub hoc morbo adeò sèpe graviter afficitur, ut multos coegerit doloris immanitate vicos, vitæ suæ durius consulere. Coli dolorem hunc ferè invehunt, frigora, assida ventris cruditas, edulia pocula que tum frigida tum flatulenta, ipsaque subinde Coli intestini naturalis, aut fortuita frigiditas. Ad hujus ergo symptomatis ~~αεριαγ~~ quidnam conducibilius sit, quam per claram lectionem aliasque exercitationes tum ventriculi tum reliqui corporis totius concoctionem moliri. Quid denique optatius, quam Coli intemperiem calidis, & balneis & eduliis potionibusque infringere, ipsumque corpus, frigidi aëris inclemencie subtrahere, tum ea fugere genera ciborum, quæ dolorem, si is non est, excitare, si est, intendere consuerunt, cuius ordi-

*Galenus
de inæ-
quali in-
temperie.*

*Item 2.
loc. aff.*

*Intesti-
nis quare
dolor
adeò gra-
vis acci-
dat.*

*Quæ cau-
sa dolo-
ris colici,*

*Auxilia,
quibus
Coli do-
loribus
occurri-
tur,*

*Dulcia
Coli do-
loribus
inimica.*

nis omnia habentur dulcia , eo quod sua
 natura cum sunt multum aërea ac spi-
 rituosa inflationes movent . Pariaque
Inflantia
Colo do-
enti ini-
miga
 his sunt ad inflandum omnia penè le-
 gumina , in quibus facile princeps est
 faba . Cætera quibus inflandi vis inest ,
 usu observanda sunt , utpote omnia
 jurulenta , omnia pingua , mustum ,
 & id vinum cui nihil ætatis accessit ,
 tum recens crassaque cerevisia , fucus
 virides , uvæ recentes , omnisque ca-
 seus , lac , rapæ , bulbi , & ejus farinæ
 sexcenta alia .

C A P U T V I I I .

*Quæ agenda sint stomacho
 laborantibus.*

SI quis verò stomacho labo-
 rat , legere clarè debet ,
 post lectionem ambulare , tum
 pila , vel armis aliove quo
 genere , quo superior pars mo-
 vetur exerceri , non aquam ,
 sed vinum calidum bibere je-